



Nf'12





DISSERTATIO THEOLOGICA  
DE  
MODESTIA EXEGETICA.

---

QVAM  
SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS,  
PRAESIDE  
VIRO SVMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO,  
DOCTISSIMO,  
**D. CHRISTIANO BENEDICTO**  
**MICHAELIS,**  
THEOLOGIAE ET LINGVARVM GRAECAE ET ORIENTALIVM  
PROF. PVBL. ORDIN.  
FAVTORE ET PRAECEPTORE AETATEM COLENDO,  
A. D. III. MAI A. CIOIOCCLI  
PVBLICE DEFENDET  
AVCTOR ET RESPONDENS  
**IOANNES PETRVS HVZELSIEDER,**  
VLMENSIS,  
S. S. THEOL. CVLTOR.  
a.

---

HALAE MAGDEBURGICAE  
LITTERIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

(9)

DISSERTATIO THEOLOGICA  
DE  
MODSTIV EXEGETICA  
GAVM  
SACR VAPHONIS SUMMI MVI 1615  
PARVUS  
ACRO SUMME REVERENDO EXCELENTISSIMO  
D. CHRISTIANO BENEDETTO  
KÖN PR FR UNIVERS  
ZU HALLE  
THEOLOGIA ET POLYTANIA  
POLYGRAPHIA ET ORNAMENTA  
ACAD III. HALL A. CLODSCORI  
PARVUS DECIMUS  
ACATOR ET RESTORATIONE  
I. PETRAS HAFESTIDER  
ATMLINARI  
C. E. THEOT. ACATOR  
HALAE VENETIARUM  
LITTERIS IOANNAE TRIDERICI GRANETTI



D I S S E R T A T I O

MODESTIA EXEGETICA.

S Y N O P

Instituti ratio indicatur §. I.  
Quid per modestiam exegeticam in-  
telligatur, adseritur §. II.

Differentia illius a scepticismo et  
insolentia exegetica notatur  
§. III.

Conclusiones quedam generaliores  
eliciuntur et illustrantur §. IV-X.

Necessitas mod. exeg. adseritur §. XI.

et quidem

a) ubi nouae interpretationes ad-  
feruntur §. XII. XIII.

b) ubi nomina propria explican-  
tur aut synonymarum vocum  
differentiae §. XIV.

c) maxime ubi prophetae expli-  
catur §. XV-XXI.

d) ubi quaestiones arduae tra-  
clantur §. XXII.

e) ubi res præfæcæ definiuntur  
§. XXIII.

f) ubi singulæ voces sigillatim con-  
siderantur §. XXIV.

g) ubi caussæ rerum et verborum  
incaſtigantur §. XXV.

h) ubi definiuntur librorum sa-  
crorum scriptores anonymi  
§. XXVI.

Vt illius describitur, et quidem

a) medetur pertinacie §. XXVII.

b) in verbis §. S. claris ad sensum  
planissimum ablegat §. XXVIII.

c) in definiendis particularium  
phenomenorum cauſis a teme-  
ritate renocat §. XXIX.

d) in prophetis praefertim inter-  
pretandis infermitatis nostræ  
nos admonet §. XXX.

Exempla modestias exeg. profertur  
§. XXXI.

Symbola modestias exeg. adnectuntur  
§. XXXII.

A §. I. Ma-

## DISSERTATIO

*Instituti ratio.*

§. I.

aximi sane momenti sunt illa PETRI apostoli verba I. Ep. IV, ii, in quibus unicuique sacrarum litterarum scrutatori adclamat: ἐτις λαλεῖ, ὡς λόγια Θεοῦ. *Siquis loquitur, tamquam eloquia DEI,* scilicet loquatur. His etenim omni, qui ad Scripturas diuinas animum applicat, iniungit, ut, sepositis et neglectis vanis animi figuris, reuerenter et sincere verbum diuinum tractet, pie scrutetur, et secundum voluntatem diuinam verbis expressam istud explicet. Nemo hiac sibi ipse placeat; nemo suis ita indulget viribus, ut vel verbo diuino aliquid addere audeat, quod tamen ipsa tacet Scriptura sacra; vel in aliud plane sensum litterae contraria detorquet. Haec PETRI admonitio eo magis est necessaria, quo prionores semper et antiquioribus et recentioribus temporibus fuerunt multorum animi, ut sua magis nobis propinare voluerint placita, quam verum veri verbi sensum, prout tamen aequum iustumque esset, proponere. Quis ergo non viderit, hos tales modestiae, quam etiam quisque litteris diuinis debet, transgressos fuisse limites? Quare cum citra opinionem id alicui possit accidere: pauca quaedam de modestia exegética proferre conabimur.

1770. 1770. §. II.

*Modestia exegética quid?*

Nobis itaque de modestia exegética asturis ante omnia incumbit, ut, quid per eam indigitemus, paucis declaremus. Modestia autem exegética nobis est talis boni Interpretis virtus, qua ad explicationem S. S. accessurus ita ingenii vires temperat, ut nihil ultra ponat aut afferat, quam quod vel certis existat in textu verbis, vel probabili saltim ratione inde fluit, ut ne preconcepatas opiniones tamquam textui proprias inferat, nec, quod incertum est, pro certo venditer, aliquique obtrudat. Veritates etenim in S. S. reuelatae et contentae tanti sunt momenti et valoris, ut quidquam illis detrahere, aut propria ingenii vagi commenta addere nefas omnino sit. Eoque magis hic nobis erit vigilandum, quem ipse summus rerum arbiter

## DE MODESTIA EXEGETICA.

3

arbiter serio fatus suceram et fidem verbi sui tractationem praeceperit. Sic enim DEVS Deut. IV, 2. omnes populi Iudaici familiias adloquitur: לֹא תִנְשֶׁה מִמְּנֵךְ לְשָׁמֶר אֶת־דְּמָ诏ָת יְהוָה אֱלֹהֵינוּ שֶׁר אֲנוּ נִבְּנָה בְּצַדְקָה אֲחִיבָה Nihil addatis ad verbum hoc, quod ego praecepis vobis (sum); neque detraboris de eo: ut custodias praecepta Domini DEI vestri, quae ego praecepis vobis (sum). Quod ipsum repetitur Cap. XIII, 1. Atque sic ipse DEVS temeritati hominorum frumentum iniucere voluit, ne plus sperarent, quam par est.

### §. III.

Haec si penitus consideremus, statim quilibet colligere poterit, modestiam exegeticam velde diffire a scepticismo et insolentia exegetica, utpote a quibus illa multis differt parasangis. Aliud enim est circa certissima et ab ipso Spiritu diano clare admodum reuelata esset haesitare, enaque pro plane incertis, ambiguis et intricatis venditare; quae adeoque humanus nequamquam penetrare possit intellectus, ita, ut semper dubius eriam in omnibus S. S. dictis esse debeat animus: aliud autem est in difficultioribus S. S. oracula voci busque explanandis et determinandis caute et prudenter versari, ne et nobis et aliis simul noceamus. Illud est vituperandum maxime: hoc vero omni interpreti laudi dicitur. Differt deinde modestia exegetica a vana in explicandis S. S. dictis insolentia, quam PETRVS in II. Ep. II, 18. describit per Φέργεδος ὑπέρχρυτα ματαλόντες insolentiam vanitatis loqui. PAVLLO autem est in I Tim. VI, 20. Φειδώνυμος γνῶμος salse nominata scientia, quae licet valde a pluribus deametur, nomine tamen scientiae plane sit indigna. Hinc nil quoque in huius farinas hominibus efficit, quoniam ut insenserit, et de nihilo valde gaudent. Duobus hisce extremis medetur modestia exegetica, ita, ut clara modo certissimo determinet, circa difficilliora aurem limites ponat, quos transgredi non licet.

### §. IV.

Stantibus hisce, quae modo attulimus, simul adparer, ei, qui modestiae exegeticae limites transgredi noluerit, in rebus dubiis vel indeterminatis nihil certi esse tenere statuendum. I. in rebus dubiis et indeterminatis II. notandum

A 2

ver-



ADITR DISSE

TATIO M ED

**terminatis** nil verborum sensum inquirere, boni interpres est, non fingere, et certi temere esse statuendum.

autem pro evictis obtrudere aliis. Quod si alieni, iure quidem et merito, vitio vertitur, si auctori etiam profano adscribitur, quae ei in mentem nequam veniebant; aut circumstantias addit ipsi illi auctori ignotas, quae vel ex ipsis verbis ne extorqueri quidem possunt; aut pro auctoritate sensum verbis adsingit tamquam certissimum, quem tamen ipse indeterminatum reliquit auctor: qualis, quiesco, temeritatis nota inurenda erit ei, qui verbum diuinum ita friuole tractat, ut nulla sit ei religio, falsa pro veris, incerta pro certis proponere? Hoc fane nihil aliud esse, quam cum sanctissimo DEI verbo ludere, et id nihil plane aestimare.

§. V.

**II. Coniecturas pro rebus evictis non esse venditandas.**

Minime tamen hoc ita ab aliis intelligi volumus, acsi coniecturis nullus plane a nobis daretur locus; acsi eas penitus effundinaremus. Minime. Nobis enim optime notum est, et lubentes omnino concedimus, dari quaedam in S. S. loca, in quibus coniicere saltum, non vero certi quid statuere nobis licet; ubi, si certitudinem attingere nequimus, probabilitate et coniecturis contenti sumus oportet. Sic coniecturae locum habent in prophetis, quarum complementum adhuc est expectandum, non quidem respectu rei adimplendae, sed potius ratione modi, temporis et loci; quae saepenero coniecturis tantum adsequi valent. Sed hoc modo volumus indicare, illas ipsis coniecturas pro rebus plane evictis et extrre dubitationis locum positis non esse venditandas. Datur ergo conjecturis omnino locus; modo et hoc accedit, ut ne quis manus pretium illis habeat, quam par est; sed potius ut tales alii tradat.

§. VI.

**III. Melius est, si coniecturas plane sint vanae, iudicium suspenderet, quam se et alios periculo errandi exponere.**

Quem ad modum autem in rebus omnibus etiam minimae circumstantiae sunt ponderandae, et iudicium eo adhibendum est, ut verum a falso, probabile a futili discernere valeamus: ita in primis in scrutatione S. S. locum omnino habet, ne veri decipiamur specie. Probe igitur est attendendum, num fundamentum quoddam habent istae coniecturae; an vero omni plane destituantur? num utilitatis quid inde redunderet, an vero meri sint lusus ingenii? Si prius,

Si prius, inerito retinentur, et ad faciliorem textus inspectionem  
ut tales sunt adferenda, salua tamen semper aliorum vltiori inuestigatione. Sin posterius, videlicet si plane essent vanae, nullius  
ponderis et utilitatis, consuetus omnino foret et melius, iudicium  
suum suspendere, quam se et alios, qui talia sequuntur placita, gra-  
vissimo errandi periculo exponere. Convenientius enim est homini,  
in rebus, quas penetrare prorsus nequit, ignorantiam fateri suam,  
quam nudis se mactare commentis. \*

## §. VII.

Haec et alia quum penitus consideremus, non possumus non IV. Nimiris ad-  
improbare nimis affectatam quorundam interpretum diligentiam, sectatam esse  
qua determinare praesumunt, que ipsi Scriptores sacri indeterminata  
reliquerunt. Vanae etenim hariolationi et coniecturis inanibus,  
quoniam immo temerarie subinde audacia similliores sunt nonnullorum  
expositiones, quam veras veli verbi explanationi. Videri (vt quae ipsi S.  
mentem nostram sincere declareremus) volunt nihil non scire, \*\* ad Scriptores in-

A 3

instar

\* Conferri hac de re poterit I.O. GE. ALBRECHT, Gymnas. Francof.  
ad Moenum Con-Rector, qui a. 1750. et sqq. edidit occasione annuo-  
rum examinum Philoponemata de docta et laudabili in studio exegetico  
ignorantia, seu, τροπα sacrarum literarum interpreti necessaria.

\*\* Placeuit nobis, quod Auctor der vernünftigen und bescheidenen An-  
merkungen über die wider die Wolffsche Philosophie geführte Streitig-  
keiten, Erf. u. Leipz. 1756. 8. p. 105. 199. ipse fateri necesum habuit,  
ipsam adecuratiore philosopandi rationem suis circumscriptam esse  
limitibus, passimque defectus cognitionis agnoscere: Auch nur die  
Wolffsche Beschreibung eines Weltweisen, inquit, ist so beschaffen,  
dass sie einen zur Demuth führen kann. Denn der Herr Hofrath (Est  
autem is Perillus nunc huius Academiae nostrae Cancellarius L.  
B. de Wolff.) saget, ein Weltweiser sey derjenige, welcher im Stande  
ist Grund von den ienigen, was da ist oder seyn kann, zu geben. Wie  
viele Dinge aber sind in der Welt, davon auch der grösste Weltweise  
keinen Grund zu geben weiß? Ja wie viele Dinge gibt es, davon wir  
nicht einmal eine historische, geschweige eine philosophische Erkannnis  
haben? Daher hat der erffdachte Hr. Hofrath in dem discursu praeli-  
minari vor seiner lateinischen Logic oder Vernunftlebre, und zwar in  
dem Cap. II. de philosophia in genere p. 24. §. 49. mit gutem Bedacht die-  
sen

## DISSERTATIO

Determinata  
veliquerunt  
et quidem  
A) dum teme-  
raria propo-  
sunt.

instar Tyriorum regis, de quo *Ezech. XXVIII*, 3. dicitur: **הַבָּת חֲכָמָה מְדִנָּה כִּי־סְטוֹן לֹא עַמְמֵץ** Ecce sapientior es quam Daniel; quidquam occulti non est absconditum tibi. Sic quoque tales Interpretes, vtpote scientia sua elati, nihil non ad vnguem vique rimari conantur temere, quasi omnia Sapientiae penetrauissent conclavia. Sane vix quisquam sibi persuaderet, eiusmodi reuera reperiri homines, qui omnia humeris ferre suis fatigunt, nisi experientia nos ipsa hoc edoceret. Et quidem temerariae in S. S. explanandis audaciae rei sunt partim Iudeorum partim Christianorum quidam interpretes.

## §. VIII.

**¶) ex parte**  
**Iudeorum.**

Ad Iudeorum Doctores si respiciamus, primo nobis loco ut **פָּנָים פְּנָים** occulorum revelator vel *interpretes* nominandus erit PSEUDO-JONATHAN in Chaldaica sua in Pentateuchum paraphras, proxime vero ab hoc R. SALOMO ISAACIDES, vulgo RASCHI dictus, in commentariis suis. Ille quidem in sua paraphras limites modestiae exegitae adeo transiliit, ut impudentis nomen mereatur deblatatoris. Adserit namque e. g. ad *Gen. II*, 9. de arbore vitae, **וְרֹוחַ הָרְחֵלָה קָמָת שָׁאָה שְׁנָנָה** *altitudinem eius adaequasse iter sooo annorum.* Et quum de creatione primi hominis sermo est, ibidem v. 15. refert ille: **וְרֹבֶר יְהִי אֱלֹהִים יְהִי אֱלֹהִים** *et accepisse Dominum DEV M hominem ex monte cultus, (seu templi) loco, unde creatus erat.* Praeterea adiungere nullus dubitauit ad *Cap. III*, 24. **קָרְבָּן שֶׁד לֹא בָּרָא עַלְמָא בָּרָא אֱלֹהִים** *antequam crearetur mundus, creauisse legem (sc. DEV M).* Et Targum Hieros. definit

*jen Lehrfests vorgeleget: Nostra philosophia notio a falso revocat. Der Beweis ist folgender: Quoniam enim in nostrae definitionis philosophus nemo dici posset, nisi quatenus rationem eorum reddere valet, quae sunt et esse possunt; secundum hanc vero normam sepe examinans intelligat, non modo quod philosophus in omnibus esse nequent, verum etiam quoniam parum sit philosophus: sicut sane non potest, ut propter philosophicam cognitionem sepe efficerat. Enim vero si hoc fatendum est in humanis: quid, quæsto, dicimus de rebus diuinis, supra saepe hominis intellectum et vires potis?*

## DE MODESTIA EXEGETICA.

7

finis praeceps tempus datae huius legis, ad v. 23. haec adiiciens: קָרְבַּת יְהֹוָה נִבְרָא עַל מְנֻאָה תְּרוּן אֶלפְּנֵן שְׁנִינָה בְּרָא אֲוֹרְוָה antequam crearetur mundus duobus annorum, creauit (DEVS) legem. Sic quoque Gen. IV, 15. vbi legimus, Dominum signum quoddam impressisse Caino, IONATHAN hoc praeceps determinare praesumit, in quoniam constiterit illud, dicens: וְרַשְׁמָה עַל נְפִי דָקְנֵן אֲחָז מִן שְׁמָא רְכָא וְקוּרָא super facies Caini signum ex nomine magno illo et pretioso. Nonne haec talia temere finguntur? nonne fabulam potius, quam veram explicationem redolent? nonne omniem modestiam verbo diuino debitam seposuisse talis nugator censendus erit? Quis, quaequo, illi suggestit, arborem vitae tam incredibilis fuisse magnitudinis? Quis illi notum fecit, datam fuisse legem, quem tamen nulli adhuc extarent homines, qui illam obseruarent? Quis monstrauit illi signum Caino impressum? num forsitan Cainus ipsis apparuit? an vero DEVS illi singulari reuelauit modo? Neutrum verum est. Atque sic simul videmus, quam facile aliqui possit accidere, ut nimia scientia elatus talia inferat, quae a textu ipso sint alienissima. Eadem oberrat chorda supra citatus R. SALOMO ISAACIDES, de quo unicum tantum inter multa adduxisse iuuabit exemplum, quod oppido monstrat, eum modestiam Interpreti omnino necessariam valde neglexisse. Ille enim ad verba Exod. XXV, 31. vbi DEVS MOSEI iunxit, ut consici curarer candelabrum ex auro purissimo, מְקַשְׁתָּה חַיְשָׁה הַמְנֻרָה solidum fiet istud candelabrum, notat, innui, candelabrum debuisse fieri a se ipso, addens: quandoquidem MOSES difficultates mouerat circa candelabrum, an sic, ut DEVS voluerat, fieri posset; dixit ei DEVS: proice talentum illud in ignem; atque sic factum est candelabrum ex se ipso. Ideo non scribitur חַשְׁבָּה FACIES, sed חַיְשָׁה PIET. At quid non audet temerarius hicce Interpres? Et quidem ipsa refragante Scriptura. Haec enim distis verbis nos edocet, Bezaleelem artificem candelabri fuisse; adeoque minime a se ipso factum esse, Exod. XXXVII, 17. coll. v. 1. Sed plura talia ingeniosa et inania RASCHII commenta quisque inuenier, si interpretationes Scripturae ab eo confudas confuluerit.

§. IX.

D' ex parte  
Christianorum.

Nec Iudeorum tantum magistros haec talis inuasit pestis, sed ad Christianorum etiam transit castra. Unicum modo talem audacem temerariumque hariolatorem nominasse sufficiat, HERMANNVM videlicet VAN DER HARDT, qui, Θεον ειναι νομοδοκονασος, μην των, μητε αλεγει, μητε πει τινων διαβεβαιουται, 1 Tim. 1, 7, in Historia regni Babylonici ad Gen. XXII, 2, nimis audacter statuit, immolandum fuisse ISAACVM Sichemi. Nos quidem \* in terra Moria, super montium uno, quem DEVS ABRAHAMO dicturus esset, immolari debuisse ISAACVM, ex Gen. XXII, 2, nouimus: CL. HARDTIUS igitur, dum Sichemum, nulla suffulsum ratione, substituit, meminerit illius, quod A. ESRA de audacibus tribulium suorum interpretationis identidem dicit: זכר קבלת נקבר אין זה נכון si Cabbala, seu traditio certa fide a maioribus accepta, fuerit, admittimus eam: aff si merita fuerit opinio, nobis quidcum non probatur. Talia adserta sunt palearum instar, quae a ventis raptatae per aerem in incertum vagantur. Idem in eadem Histor. regni Babyl., quum pugnae IACOBI mentionem iniicit, talia acutum, Iacobum videlicet, ex Auranitate reuertentem, in Peraea cum ESAYI nuntio, ad pugnam oblegato, lucidatum esse. Verba textus ita se habent: יואכיק איש טהור אשר עלות השור tunc lucidatus est vir cum eo, usque dum ascendere aurora. Quis facile penetrat, explicatione Hardiana verba Scripturae nimium quantum torqueri, et portentosum quid illis adsingi; quum causae grauissimae adsit, quae HARDTIVM confutant, partim ex contextu, partim ex parallelismo defunctorae. Ex contextu convellitur HARDTII sigmorum, quia Iacobus benedictionem ab illo, quo cum lucidatus est, petit v. 27. et 30. quia nouum nomen ISRAELIS ab eo accepit, idque honorificum plane et fausti omnis plenum v. 29. quia certasse dicitur cum DEO et hominibus, ib. v. 29. quod vero cessaret, nisi vir iste, quo cum lucidatus modo erat, DEVS ipse fuisset; deinde quia loco nomen dedit פניאל Piel, h. e. facies DEI, cum subiuncta ratione, בראות אלהוּן quoniam vidi DEVUM de facie ad faciem cet.

v. 31.

\* Iudicium est maxime Rev. DN. Praesidis in Comment. apolog. contra HARDTIVM. p. 31.

v. 31. *Parallelissimus quoque irritam reddit HARDTII explicationem.*  
 Legimus enim *Hof. XII*, 4. 5. Iacobum totis suis viribus certasse  
 cum DEO; certasse, inquam, cum angelo, et praeualuisse. Quin  
 immo modus certaminis adeo describitur, ut ne ignoraretur, factum  
 scilicet fuisse lacrimis et precibus. Adiicitur enim ibidem: בכה  
 ירְאֵת וַיָּהִי שָׁלֹט וַיָּפְלֹב וַיָּזְבַּח אֶת־עַמּוֹד  
*fluit et supplex oravit eum.* Haec omnia tam clara  
 sunt et aperta, ut quis talpa caccior esse videatur, qui HARDTII  
 figmentum et somnum non videat et derideat. (\*)

## §. X.

Nimis quoque adscita et immatura est illorum interpretum B) dum Ano-  
 diligentia, qui *Anonymous nominibus suis describere, et loquentes in-*  
 ducere non erubescunt. Inter hos principem tuerit locum FLAVIVS  
 JOSEPHVS, qui in antiquitatum libris, vbi Patriarcharum reliqua-  
 rumque personarum sacrarum historias explicat, passim illas perso-  
 nas deliberantes loquentesque inducit. Profecto si quis haec talia  
 vel uno tantum oculo perlustrat, omnino putaret, IOSEPHVM non  
 Mosaicos ceterosque sacros excrispsisse modo libros, verum etiam  
 rebus gessis ipsum interfuisse, omnianque hominum sanctorum multo  
 plenius, multo perfeclius, peradcuratus multo peruidisse facta, et  
 caudiuisse dicta, quam ea narrant MOSES aliquique scriptores sacri. Si  
 cui placuerit eiusmodi figurae perlustrare, euoluat modo L.I.,  
 C. VII. XIII. XVI. XIX. Libr. II., C. IV. V. VI. XV. XVI. Lib. III.,  
 C.V. cer. Idem factitane PSEUDO-JONATHAN et Hierosolymitanus  
 Pentateuchi Interpres, utpote qui non solum nouerunt, ELDADVM  
 MEDADVMque Num. XI, 26. fuisse filios ELITZAPHANI, filii  
 PARNACHI, (Num. XXXIV, 25.) natos ei ex Iochebeda, filia  
 LEVI, quum haec ab AMRAMO, priore marito suo, repudiate  
 fuisset; sed etiam argumentum vaticinationis illorum ample fatis de-  
 scribunt. Similiterque vocem ניכך ubi tu es? Gen. III, 9 sic in-  
 terpretantur: Nonne totus mundus, quem creavi, coram me reteclus  
 est, tenebraqne sicut lux sunt? Quomodo igitur putas te abscondi-  
 tum a meiri? Nonne locum, in quo te abscondis, ego video? et ubi

B

nam

(\*) Plura qui desideratum JONATHANIS et RASCHII, tum HARD-  
 TIIS figmenta, aedat eos in libris supra nominatis.

nam sunt praecarta, quae tibi praeciperam? Et alibi. Sic quoque RASCHI anonymos nominibus suis nominare audet, v. gr. 2. Reg. IX, 1. virum illum ab Elisaeo ad vngendum IEHU misum; et Cap. X, 3. eum, per quem Dominus ad IEHU locutus est, Ionam prophetam fuisse. Talmudistae denique virum illum, qui, quod Sabathii die contra expressum Domini mandatum ligna collegisse, lapidibus est obrutus, nominare nulli dubitante Tzelophchadum, Num. XV, 32. eum scilicet, de cuius filiabus ἐπικλήσοις agitur ibid. C. XXVII, 3. (\*). Si generiores observationes proponerentur, reprehendenda adeo non essent. Sed hocce vitium simul inest eis, ut speciales et specialissimae adferantur explicationes et determinations, alisque sine viro fundamento offerantur et obtrudantur. Quod quo iure fieri possit, facile quilibet diiudicare poterit.

## §. XI.

V. *Necessariam omnino esse Interpreti modestiam exegeticam; et quidem*

Quum itaque tam pronus sit hominum animus ad euagandum, et ad falsa pro veris, minus probabilia pro certis et plane evictis adserendum, venditandum et defendendum: quilibet haud difficulter concedet, *Interpreti necessariam omnino esse modestiam exegeticam in omni S. S. scripturazione*. Haec namque efficit, ut nostram non sectemur gloriolam, neque nostra cogitata pro sensu a spiritu divino intento aliis proterue et pro lubitu obtrudamus. Si enim in rebus humanis non obtrudere alteri, sed saltim persuadere quod fas est: quidni id etiam in rebus diuinis valeat, in quibus maior semper cautio est adhibenda, quam in aliis scriptis et dictis humanis?

## §. XII.

1) *vbi nouae adseruntur interpretationes.*

Si in omni Scripturae sacrae explicatione et interpretatione necessaria interpreti bono est modestia exegistica: sane illa quam maxime primarium tueri debet locum in eo casu, *vbi nouae adseruntur interpretationes*. Homines ut plurimum nouarum rerum sunt cupidi, et veritates ab aliis magno studio inuentas, et posterioriter magno cum fructu traditas, misere auerfantur; vt pote nouitatis studio correpti, cui plerumque veterum conamina sordent. *Hic ergo opus, hic labor, ne nimium nobis placentes et nos et alios turpi-*

(\*) cf. SVRENHVSIVS in βίβλῳ κατελαμψῆς p. 90.

turpiter seducamus, et praeiudiciorum ambitu occulti id, quod est verum, mittamus; contra vero id, quod ne veri quidem speciem habet, submissæ veneremur et amplectamur. Placuit omnino nobis sanum GEORG. RAPHELII iudicium, quod in praef. ad adnot. in N. T. ex Polybio et Arriano tulit, vbi rectissime ita censet: *Si quis interpretatio recente adferatur, quae nullum habeat piae et eruditæ antiquitatæ testimonium, vel plane pugnet cum ea: tum si res in contentionem veniat, et momenta rationum sint paria, plus auctoritatis arque ponderis habere antiquitatem.* Idemque optat, ut aliquis existenter ingenio praeditus et doctrina, qui in noua multorum interpretatione inquireret, ea que cum veterum commentationibus compararet. Se enim fere semper veriores esse deprehendisse sententias antiquorum. Concinit item veritatis cœlestis restaurator, post fata etiam summo laudans opere, D. LUTHERVS, qui in Comm in Gen. 49, 4. ita hac de re indicat: *Ego non amo coactas sententias; et si nihil possum adferre conueniens alicui loco, tubentius fateor me nescire.* (\*) Adeo ex hisce satis abunde patet, decere omnino bonum interpretarem, ut modeste semper in proponenda noua aliqua sententia veretur, et nouitatis studio se abripi minime patiatur.

## §. XIII.

Neque nobis desunt rationes, quae modestiam omnino a nobis requirunt et suadent. Proponamus modo œculis mentis nostræ optimum optimi Salvatoris CHRISTI exemplum, vt pote qui eo nobis hac in re praeiuit. CHRISTVS enim, licet prophetiarum auctor et magister esset, tamen, vbi IOANNEM baptistam ELIAM a Malachia prædictum esse discipulis suis inculcat, optionem quasi relinquent, illis ait: *ei uestigere debet, duxit iesu H'nas e' p'le'var e'ze'chiel, si volueritis accipere, ille est Elias venturus,* Matth XI, 14. Hoc ipsum exemplum nos edocet, nobis quam maxime in omni S. S. explicatione versandum esse tam modesti, ut sensum nostrum nemini violenter obrudamus, sed potius diuidi-

*Rationes, cur  
necessaria sit,  
adseruntur.*

B 2 canendum

(\*) Conferri hac de re adhuc meretur B. FRANCKIVS in colleg. introd. ad init. Pf. 90. et ad init. Pf. 117. IO. HENR. HOTTINGERVS in apologetico pro benigna lege Lev. XXI, 22. §. 1. et SCHÖTTGENIVS Praef. ad Pastoris Lexicon N. T. a. 5.

candum aliis relinquamus; quam *caute et prudenter*, ut ne nimis  
crasse et secundum litteram omnia explicemus. Vulgas enim Iu-  
daeorum MALACHIAE vaticinium intelligebat de ipsa persona  
Eliae; CHRISTVS vero de rediuiuo quodam et analogo Eliae,  
qui in spiritu et virtute Eliae venturus esset, id explicat; coll.  
Luc. I, 17. Huic, qui veritas ipsa est, adiungamus seruos illius;  
qui omnes id ipso suo exemplo nobis monstrant. Inter hos eminet  
D. PAULLVS, qui in Epist. ad Philem. v. 15. scribit velut dubitans:  
τάχα γάρ διὰ τέτο ἐχωέσθη περὶ ὡρῶν, οὐδὲν διετὸν ἀπέ-  
χεις: Forstan enim id propter separauit se ad horam, ut aeternum  
eum reciperes. Sic pariter de MOSE, quem ipsi singulari plane  
modo adparuissest DEVS, voluntatemque suam de redimendo po-  
pulo suo declarasset, STEPHANVS refert Act. VII, 32. οὐν ἐτά-  
μα νοήσαντες, non audiebat apertius liberiusque intueri mysterium  
illud ardantis rubi, sed potius demissio id vultu venerabatur. Lau-  
di praeter ea omnino MOSI ductur, quod, quem ei casus aliquis  
in materia Paschae esset propositus, qui ex latere a DEO de Pascha  
legibus resolui vix posset, interrogantibus dixerit: טַמְרָה וְאַשְׁטָמָה  
Dominus vobis, Num. IX, 8. Idem MOSES in filiarum Tzeloph-  
chadi caussa sententiam non ex suo ipsis iudicio deproferauit; sed  
potius de eo refertur Num. XXVII, 5: מִשְׁפָט מִשְׁנָה אֶת מִשְׁפָט לְפָנֵי יְהוָה  
*Detulit Moës causam eorum ante Dominum.* Quid  
ergo nos decebit aliud, quam ut verbum diuinum referenter tra-  
temus? Et quid de Cherubim dicemus? Nonne et hi modestiae  
plane singularis exemplo nobis praeluent? Certe de illis PETRVS  
Ep I, 12. refert, quod ἐπιθυμεῖται παρενθέψει, desiderent introspi-  
cere omni reverentia in mysteria DEL. Hinc Exod. XXV, 20. id  
propter modestissimo pinguntur gestu עֲלֵי בְּכָרְבָּהּ בְּכָרְבָּהּ כְּכָרְבָּהּ  
חֲכָרְתָּן וְנִוְתָּן אֶל אֹתוֹן אֶל-חֲכָרְתָּן אֶל שְׁנָה כְּכָרְבָּהּ  
obtegentes alis suis propitiatorium; facies eorum (sint)  
cuinsuis versus alterum; versus propitiatorium erunt facies Cherubi-  
norum. Cogitemus praeter ea, quo zelo, quaue animi detestatione  
Apostoli se semper iis opposuerint, qui vel nimis crasse vel etiam  
subdole veritates coelestes peruertere studuerunt. Vbiique illis τολ-  
ηνται improbantur, qui omnia audacter effutire nequaquam eru-  
buerunt,

buerunt, quasi nihil ipsos latere posset, quum tamen reuera nihil scirent. Apostoli profecto hanc multorum ferocitatem describunt ut ψευδώνυμοι γνωστοί, qua illam inclinationem prauam procul dubio innunt, si quis cupit esse טוב וְעַד טוֹב וְעַד קָאַלְהִיּוֹת רֵדֶש sicet DEVS, sciens bonum et malum, Gen. III, 5. Adeoque hoc tale vitium plane est turpisimum iuxta ac maxime detestandum, quippe originem dicit ab ipso Satana, et causa fuit tristissimi protoplastorum lapsus. Denique et hoc accedit, quod modestia haec exegistica heic illic in Scripturis tacite nobis iniungatur. Sic DEVS Esa. LXVI, 2. clementer se adspecturum esse promittit illum, qui est ὁ Χρήστος τρεπίδος super verbo eius. Nonne enim hic quoque præter alia ὁ Χρήστος τρεπίδος hunc sensum habere poterit, illum Domino placere, qui verbo suo reuerenter vtitur, timoremque Domini in tractatione illius non seponit? Notissima quoque sunt verba PAVILLI I. Cor. XIII, 9. ἐν πέρας γνώσουμεν, καὶ ἐν πέρας προφητεύομεν, ex parte tantum cognoscimus, et ex parte prophetamus. Quid, quæsto, aliud nobis his innuere verbis voluit, quam ut in omni Scripturae interpretatione memoris sumus infirmitatis nostræ, et omnia ad modulum rationis nostræ depravatae emetiri desistamus?

## §. XLI.

Necessaria deinde est Interpreti indolis genuinae exegistica <sup>2) ubi nomina</sup> modestia, <sup>propria ex-</sup> <sup>aut synony-</sup> <sup>merum ver-</sup> <sup>cum differen-</sup> <sup>tiae.</sup> <sup>1) vbi nomina</sup> sacra propria explicantur, et differentiae vo- cabulorum phrasiumque proponuntur. Si enim illa res explicatione digna labore creat Interpreti, haec sane non ultimi erit momenti aut exigui ponderis. Praesertim quum plurima nominum propriorum factorum authenticis careant explicationibus, et saepe usu veniat, ut unicum nomen proprium in Sacris contentum e duabus pluribusue radicibus deriuari queat, aut in lingua Ebraica sit radix illius obsoleta, adeoque ex cognata lingua defectus iste supplendus: tum quidem maxima opus habet Interpres circumspiecione, ne fortasse decipiatur, et aliquid adsumat, quod tamen Scriptori sacro in mentem nequaquam venerit. Conferri hic meretur summe Rev. Dni Praefidis diff. de Nominibus sacris propriis, p. 22. 23. In primis vero caueat oportet Interpres, vt, si differentias vocum phra-

siūmque synonymarum clare determinare nequeat, nē vel audacter  
nimis agat in illis determinandis, vel tautologias, inanes saltim ac  
otiosas, stilo sacro imputet; sed sufficere existimet, Synonymiam  
omnigenum quid in suo genere notare. Cuius modestiae exem-  
plum cum LAMPIO praeiāit WOLPIVS in curis suis ad verba illa  
Phil. II, 2. ἵνα τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες τὸ αὐτὸ Φεονῆτε, σύμ-  
ψυχοι, τὸ ἐν Φεονῆτε, p. 196 scribens: *Mea facio laudati LAM-  
PII verba: Ego sane ignorantiam meam fateri mallem, quam qua-  
tuor barum pbrafium eundem sensum statuere.*

## §. XV.

3) maximo ubi  
Prophetas ex-  
plicantur.

Necessaria porro est Interpreti S. S. exegética modestia, *vbi*  
*ad ea peruenierit loca, quae prophetas comprehendunt.* Aliae nam-  
qua prophetiae iam sunt adimpletae; aliae quotidie adhuc imple-  
tunt; aliae autem futuro demum tempore complementum suum ac-  
cipient. In omnibus hisce prophetis explicandis circumspectione  
opus est; maxime vero in his, quae complementum suum nondum  
sortitae sunt. Meretur hic admotari IRENAEI locus laudatus  
WOLFIO in curis philol. ad Apoc. XIII, 18 hic autem ita se habet:  
ἀποφαλέσσεγεν ἐν τοῖς αἰνιδνοτεροῖς, τὸ περιμένει τὴν ἐνθαῦται  
τῆς προφῆτας, ἢ τὸ πατασοχέζεται καὶ παταμαγένεται ὄν-  
ματος. τυχόν δὲ ἐπὶ πολλῶν ὄνομάτων ἐνεργήται δυναμένα τὰ συ-  
τρά δηθύμοι - - - Εἰ γάρ πολλὰ ἔστι τὰ ἐνοισκομένα ὄνόματα,  
ἔχοντα τὸν αὐτὸν δηθύμον, πείσοντες τὸν Φρέστει ὁ ἐρχόμενος,  
ξῆρσεται. Latine ex editione IO. ERNESTI GRABII haec ver-  
ba ita se excipiunt: *Certius ergo et sine periculo est sustinere adim-  
plicationem prophetiae, quam suspicari et diuinore nomina quaelibet;  
quando multa nomina inueniri possunt, habentia praeditum nūme-  
rum. - - - Si enim multa sunt, quae inueniuntur, nomina, ha-  
bentia numerum hunc; quod ex ipsis portabit, qui veniet, quaeritur.*

## §. XVI.

Rationes ad-  
seruntur.  
(1)

Vt autem modestiam hanc exegetiam in explicandis prophe-  
tiis obseruemus, sequentes suadent rationes  
ac si nobis exempla lapsuum, ab ipsis scriptoribus sacris aliisque illustribus personis  
in

## DE MODESTIA EXEGETICA.

15

in applicatione ad speciales circumstantias commissorum. Sic e. g. EVA, quae quidem promissionem diuinam de benedicto mulieris semine Gen. III, 15. acceperat, valde tamen se ipsa decepit, quum illam (saltē ut plurimi locum illum interpretantur) ad CALIVM adplicaret, dicendo: **כִּי־תְּנַדֵּח אֲשֶׁר־אָתָּה־רֹאשׁ** *Possidi vitrum Dominum.* Quam male autem hanc Domini promissionem gratiosam de CAINO exposuerit, ipsa subsequato tempore experta fuit. Sic quoque SAMVEL, qui voluntate quidem Domini de eligendo et vngendo Rege *ex filiis ISAEI* nouerat, attamen quum pro suo beneplacito hac in re agere, et ELIABVM regem constitueret vellet, valde in illa applicatione aberrauit a nutu DEI sanctissimi et omnisci, 1. Sam. XVI, 6. 7. Haec et alia exempla nos edocent, magnam semper a nobis requiri circumspectionem, si nobis res fuerit cum eloquii prophetarum ad certas personas vel alias quascumque circumstantias applicandas, ne nobis nimium fidentes errori nos exponamus grauiissimo. Deinde indignitas quoque nostra hoc nobis suadet, ut caute procedamus in explicatione prophetarum, ne rationi nostrae plus confidere eamque sequi videamur, quam ipsi confidimus DEO. Dignius sane est, ut homo infirmitatem suam coram profiteatur, quam ut se et alios turpiter fallat. DEO etenim placuit sibi quid et sapientiae suea reservare, nostraeque sic rationi obicem ponere. Hinc quoque legimus Apoc. V, 2. sqq. quod *nemo praeter Agnum*, h. e. CHRISTVM, dignus repertus sit ἀπόλετος τὸ βατέλον, καὶ λύσον τὰς σφραγίδας αὐτῆς, aperi-*re libellum*, et soluere sigilla eius. Certo sane documento, multa in S. litteris contineri, quae hominis intellectum etiam perspicacissimum superant, latent.

(2)

## §. XVII.

Hinc porro hebetudo intellectus nostri in percipiendis rebus diuinis generatim, speciatim vero in propheticis, modestiam suadere deber. Quid, quaeo, est hominis intellectus finitus et depravatus, si comparetur cum DEI intellectu infinito et omni modo excellentissimo? Huius respectu nihil sane est hominis intellectus, et ne umbram quidem habet. Si enim quis ultra limites euagri voluerit, experietur idem, quod olim DEVS per prophetam ESAYAM Iudaeis

(3)

ותחי לכם חזה הכל כדבריו הספר הוהים אשר־יוננו אחו אל־יודע הספר לאמר קרא נא־זהה Faſta eſt vobis viſio omnis ſicut verba libri obſignati, quemſi dant ſcienti litteras, dicendo: lege, quaefo, hunc (ſc. librum), tunc dicit ille: non poſsum, quia obſignatus eſt ille. Vera namque manet illa DEI vox in eodem Propheta Cap. LV, 9. כרְבָּחוּ שְׁמֵם מֶרֶץ כִּי־בָּהּ דָּרְכֵיכֶם וּמַחֲשָׁבָתֶךָ Vi coeli altiores sunt terra, ſic altiores ſunt viae meae viis veſtris, et cogitationes meae cogitationibus veſtris. Et ſi omnia noſtria ipſorum viribus capere poſſemus DEI oracula, et ad vaguum vsque penetrare: quid, quaefo, DAVIDI opus fuſſet, ut Psalm. CXIX, 18 precatetur a Domino: גָּלְעָן וְאַבְיוֹתָן נְפָלָאת מִתְּרוֹתָן operi oculos meos, ut videam, (ut videam, inquam) mirabilia ex lege tua. Nulla ſane alia ex ratione id faſum fuit, quam quia ipſe fatis ſuperque nouerat, hominem ſibi reliquum in perſerutandis diuinis litteris omnino caecutire.

### §. XVIII.

(4) Accedit et hoc, quod multi etiam praefantissimorum et doctissimorum Interpretum ſua fateantur ſponte, multa Scripturis in eſte ἀλητα ſeu quea ſolui vix poſſunt, ita quidem, ut vnuſque cum PAVLLO eloqui neceſſe habeat: καὶ πέπει τοῦτο τὸ ιναρός (\*). Et quis hiſ par eſt? II. Cor. II, 16. coll. ib. C. III, 5. 6. Sic B. noſter LUTHERVS in Glosſa ad Hof. XI, 7. lubens fatetur: Diesen Vers foll niemand verſtehen, auch im Ebraeischen nicht. Aſt LUTHERVS, quantus fuit interpres! quam multa acu tetigit, que aliſ intacta relinquerē coadiūt fuſſent! et tamen omnia perſpicere ipſi non licuit. Cum LUTHERI effato coniungimus acutissimi et nulli ſecundi VITRINGAE verba ad Ef. XXXIII, 7. vbi talia habet: Eſt ſententia obſcurior, a nemine facile intelligenda. Etiam Iudeorum doctores lubentiflme ſaepē conſtentur ſuam ignorantiam, vt pote qui paſlim locorum diſſicilliorum diſtincſionem ab aduentu Mefiae expeſtant, et ad illum vsque ſuſpendere ſolent. Quem in finem omnia talia loca indeterminata relinquent. Sic RASCHI in Comment. ad Zach.

(\*) Sic e. gr. ipſe fatetur Petrus II. Ep. III, 16. in eſte epistolis Pauliniſ ſuorionis rora.

נְבוֹאָה־זֶה וּבְרִיהַ סְתֻמָּה זוֹא מְאָרֵן וְנוֹן' Zach. I, 1, expresse dicit: זֶה אֲתָה לְעָמֵד עַל אַמְתָה פְּתֻרוֹן עַד יָבוֹא מִוְרָה צְדָקָה Prophétia Zacharine obscura est valde etc. et nemo nostrum poteritflare (ceu certi quid adserere) de veritate explications eius, usque dum venerit docttor iustitiae (\*). Talis quoque vox fuit mulieris Samaritanæ ad Salvatorem optimum Io. III, 25 (\*\*).

## §. XIX.

In propheticis porro libris ideo quoque necessaria est Interpretatio modestia, quia multa, multa inquam, eventui sunt commendanda. Sic multa Iudeis in V. T. fuerunt in Prophetis obscura, quae nobis, quam Christi aduentu adimpta sunt, clarissima sunt. Hoc enim nulli in malam interpretandum est partem, si in determinandis vaticiniorum circumstantiis haesitet, eo, quod multum ab eorum complemento dependet: quo facto, lucida plane omnia erunt et clara. Hinc modeste potius particularia haec illa vaticiniorum momenta, quae difficultatibus suis laborant, eventui tradat quilibet, et nihil audeat certo definire (\*\*\*) . Praeter ea nonne iussum est et aequitas ipsa, ut, quemadmodum in humanis, ita et in diuinis praefertim generaliori contenti semper sinus explicazione, si particularia et specialia adsequi non valeamus. Melius enim est, et christiano homini conuenientius, ut in revelatione diuina adquiescat generali, DE O que omnipotenti et sapientissimo cetera commenderet, quam ut ingenii figmenta verbis diuinis inferat, et, si eventus alia plane edocuerit, in tuborem detur. Hinc non anxie curemus, qua ratione et quo tempore, quo loco aliquid adimplendum sit; veritas namque diuina in nullo deficiet verbo. Po-

C

namus,

(\*) Cf. Idem ad Ezech. XLII, 3, et R. D. KIMCHI ad Ezech. XLII, 5. Placuit nobis magnopere iudicium B. FRANCKI in colleg. introd. ad fin. Pf. 70, scribentis: In omni studio exegetico praeferat ignorare quaedam, quam minus certo fundamento nisi, merasque conjecturas frustra confectari.

(\*\*) Vide, sis, etiam CVNAEV M de republ. Hebr. L. I. C. 17. et HIERONYMVM ad templum Ezechielis.

(\*\*\*) Cf. I. C. WOLF, in cursus philol. ad t. Thest. IV, 16. et B. LANGIUS in Apocalypticum Licht und Recht p. 75. n. 14. p. 179. n. 7. et in Praefat. zum Prophetischen Licht u. R. passim.

namus, quaeſo, locum Apoc. XII, 16. vbi talia legimus: καὶ  
ἐβοήθησεν ἡ γῆ τῷ γυναικὶ, καὶ ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ σέμα ἀντίς, καὶ  
κατέπιε ο. τ. λ. Et auxilio fuit terra mulieri, et aperuit terra os  
ſuum, et abſorpsit, cet. Si vel maxime determinare certo nequeamus;  
ed si vel plane ignoremus, quid hoc ſpeciatum futurum ſit, et quid  
in ſe comprehendat, καὶ ἤνοιξεν cet. ſufficere tamen nobis omni-  
no poterit, fi adferamus, deſcribi hie mirificum maxime nec opinio-  
rum auxilium diuinum. Porro ad EZECHIELEM prophetam ſi  
reſpiciamus, et ultima illius capita perpendamus, quae primo intui-  
tu Leuiticas ceremonias et umbratim cultum instaurare nobis qui-  
dem videuntur, ſunt tamen illie, quea Moſaico culci e diamet-  
ro contrariantur, atque hinc harum ceremoniarum mutationem ca-  
lam plane inferunt, qualis deſcribitur Act. VI, 14. Ἰησοῦς ὁ Ναζω-  
ραιος - - - εἰδέχεται ἐών, ἀπαγόρευεν ἦμην Μαυροῖς Iesu Na-  
zarenus - - - mutabit ritus iſos, quos tradiuit nobis Moſes: unde  
prono fluit alueo, EZECHIELEM illie de noui foederis Oecono-  
mia, per CHRISTVM erigenda, loqui, in qua Leuitica lex  
abroganda eſſet. Sed hic nobis forſitan quis iure poſſet obiūcere;  
ſi ita res comparata eſt, cur igitur tanto adparatu Leuiticae ceremo-  
niae ibi praescribuntur? Tunc id notandum probe eſt, myſtice vi-  
delicet illa omnia explicanda eſſe. Et ſi ob hebetudinem intelle-  
ctus noſtri particularia omnia ad ſenſum myſticum referre non liceat:  
omnino generalioribus contenti (\*) ſimus cum COCCEIO (\*\*) et  
CALOVIO (\*\*\*) . Ad talia autem particularia cum primis reſer-  
tar tempus et modus complementi, vt pote quae nos ut plurimum la-  
tent. Hac in re egregio ſuo exemplo praeiuit ipſe PAVILLVS.

Licet

(\*) MATHESIUS ap. FRANZIVM de Interp. S. S. p. 97. ait: Go-  
tes Buch iſt ſo voller göttlicher Geheimniß, daß wirs vollkommen in  
dieser Welt nicht auslernen werden, cf. Sir. XVIII, 6. Mirum ſane eſt,  
fuſſe ex veteribus hereticis, qui temere ſatis ex loco PAVILLI 2 Cor.  
XII, 2. ſqq. anfam arripuerint ſingendi libros ſub titulo ἀναγνῶντες  
ἀποκαλύψοντες inſtatios; haud memores Paullum ipsum, quae vidit et  
audiuit, vocare ἀγέντα ἔμματα. cf. Wolf, ad I. c. in cur. philol.

(\*\*) In editione Ebraei codicis Halensi ad Ez. 45, 18. C. 46, 4.

(\*\*\*) Itidem in edit. Hal. ad Ez. 48, 35, vbi vterque id propter la-  
datur.

Licet enim hic δεδεμένος τῷ πνεύματι esset, quippe ex plurium prophetarum sui temporis praedictionibus persuasus, vincula et afflictiones sibi imminere: tamen Act. XX, 22. de se ait: τὸ ἐν εἰρήνῃ συγκεντόντα μοι μὴ ἔδωσ, eorum, quae mihi in illa accident, ignarus sum. Admirabile profecto modestiae exemplum! Damnum contra neglegitum modestiae exegeticæ in interpretandis prophetiis, in primis quod ad determinationem temporis adinet, illustrare licuerit ex eo, quod Ebraeorum doctores (quamquam, si veritatem species, perperam forte) de EPHRAIMI filiis narrant. *Targum Chronic.* 1 Par. VII, 21. post vocem נָאַל שְׁעֵד addit: חֲנַן דָוִי אֶרְבָּהָת וּמְנוּ יְהִי קְאָמָן שְׁחָחָה דְרוֹת דְבוֹרָה וְדָמְרִי עַלְמָא מְחַמְלָא עַמְּבָדָה אֶבְרָהָת בְּנֵי פְּסִגָּה וּמוֹשֵׁךְ דְרוֹת חַמִּי לְחַזְן לְמַמְנִי וּמוֹשֵׁךְ דְּאַזְלִידָה יְזָקָה וּכְפָקָה מְמַזְרִים וְלְחַזְן שְׁנִין פָּנִיקָה דְּאַזְלִידָה יְזָקָה דְּרוֹת הַבְּרוֹאָה i. e. ex versione editoris M. F. BECKII: *Hi facre praefecti domus Ephraimi, suppantesque finem vel aeram peregrinationis Patriarcharum ab eo temporis articulo, quo verbum Domini mundi locutum est cum Abramino inter segmenta (Gen. XV.): errauerunt vero. Debebam erim suppationis initium facere a die, quo natus est Isaacus, ad id usque tempus, quo sunt egressi ex Aegypto; tringita autem annis, priusquam natus est Isaac, collocatum est verbum Domini mundi cum Abramino inter segmenta. Post quae sequuntur porro, quae in textu Hebrei sic habent: וְהַרְגוּ אֶבְשָׂר גַּת וְתַּעֲשֵׂה. Et interfecerunt eos Gathenses ceteri.*

## §. XX.

Cogitemus insuper, hoc quoque modestiam nobis ut necessariam in prophetiarum explicatione iniungere, quod DEVS ipse vaticinis quibusdam et facilitatis et difficultatis notam superaddere voluerit. Quod autem DEVS, summus rerum arbitrus, suo signavit sigillo, id quilibet summa venerari reuerentia tenetur. Sic e. gr. de eo, quod ad numerum nominis Anti-Christi admetit, ipse DEVS dicit: Ωδε ἡ σοφία ἐστι. Ο ἔχων τὸν νῦν, φημισάω τὸν εἰρηθὲν τὸν Θεόν. εἰρηθὲν γάρ ἀνθρώπῳ ἐστι, καὶ ὁ εἰρηθὲν εἰρηθὲν χρήστης: *Hic est sapientia. Qui habet intelligentiam, computato-*

(6)

numerum bestiae; numerus enim hominis est, et numerus illius est DCLXVI. Apoc. XIII, 18. Problema sane est intricatissimum, ad quod soluendum singulare requiritur acumen. Lubentes quidem concedimus, fore, ut post eius solutionem et complementum facile sit hocce vaticinium, quem in illo non nisi deinde audeamus sit: simul tamen contendimus, determinatam illius explicacionem ad illum usque diem referendam esse, qui illud exactissime adimplebit. Ipse tunc DEVS aperiet maximam suam sapientiam, quod quidem saepe suos aliquamdiu vexationi tradat; enim vero iustum illis auxilium iusto ferat tempore.

## §. XXI.

(7) Denique et hoc necessariam in vaticiniis resoluendi modestiam suadet, quod ipse IOANNES hac in re exemplum ut certitudinis, sic modestiae, in materia de futuris adimplendis, exhibeat omni exceptione maius. Sic enim verba eius se habent I. Ep. III, 2. Ἀγαπητοί, inquit, νῦν τέκνα Θεῶν ἐσμεν, καὶ ἔπειτα ἐφανερώθη, τι ἐσόμεθα. Οἰδαμεν δὲ, ὅτι, ἂν ταῦτα φανερώθη, ἔμοιο ἀντί τι ἐσόμεθα. ἐτί δέ φάσειται αὐτὸν καθός ἐστι. *Dilecti, nunc sicut DEI sumus, et nondum manifestatum est, quid futuri sumus. Scimus tamen, quod, si manifestatum fuerit, similes illi futuri sumus.* Videbimus enim illum, quem ad modum est. Ponit ea, quae certo adsequi et confirmare suo et aliorum exemplo potuit, et quae Spiritus ipse Domini in mente sua obsignauerat; reliqua mittit, et revelationi divinae in magno illo adparitionis die relinquit. Hunc sedulo et nos sequamur, ut magis Domino, quam nobis ipsis, credere discamus.

## §. XXII.

4) *vbi quaestiones arduae tractantur.* Necessitatem porro modestiae exegeticae in tali quoque casu adserimus et requirimus, *vbi quaestiones arduae sunt tractandae et determinandae.* In his talibus quamvis uniuicuique licet coniecturas adferre, et aliis diiudicandas proponere; aequius tamen est et consultius, modeste τὸ ἐπέχειν eligere, quam incerta pro certis alteri obrudere. Hoc enim fieri vel citra nostram opinionem poterit, ut, quem coniecturas nostras exornare et aliis plausibiles efficiere

cere studeamus, nos ipsi tandem illas exosculemur, ex illis tamquam ex principiis certis concludamus, et in illis quoque tamquam veritatis iam dudum euictis, quin immo diuinis, adquiescamus. Hinc autem nihil tandem aliud exfurgit, quam ut in fine confiteri cogamur, nos alii pariter atque nobis quid imposuissé. Tales autem quaestiones arduas in sacris contineri litteris, neminem, qui data illas opera perlegerit, fugere poterit. Quasdam saltim paucis attingemus. Sic v. c. eruditii in tractatione historiae de E LI, summo populi Iudaici pontifice, querere solent, num et hic ad salutem aeterne beatam fuerit translatus? item quam peruererint ad ea, quae de ANANIA et eius vxore SAPPHIRA Act. V, 10. leguntur, eamdem eruditii quaestionem proponunt. Hae profectio sunt quaestiones satis arduae, et nemo licet sibi praesumat et decide-re audeat, quae ipsa facit S. S. Nostra sane nihil refert, ut eas quaestiones, propositu quidem faciles, sed difficiles determinatu, certo adseramus, eo quod impossibile id nobis sit et plane super-vacaneum (\*). Sic quoque quaestio de situ paradisi, in primis ratione fluitorum Pischor et Gichon, adcurate et certo ob determi-nationem Scripturae cessantem definiri nequit. Huius etiam teno-ris est quaestio illa de signo, quo HADELI innotescere potuit, acceptam fuisse Domino oblationem suam; et de signo, quo CAI-NO constituit, displicuisse DEO victimam suam; quale scilicet il-

C 3

lud

(\*) Consentimus cum ven. LINDHAMMERO in adnott. ad h. I.  
Was, inquit, die Frage betrifft: ob Ananias und Sapphira verdamm't oder selig worden seyn? so ist dieselbe, weil die H. Schrift ganz davon schweiget, mit einer Gewissheit zu erörtern oder auszumachen, so unmöglich als unrichtig. Die alten und neuen Ausleger sind darin unterschiedener Meinung; dicien aber, welche sich hierüber gar keinen Urtheils anmaßen, geben am sichersten. Es ist glaublich, daß Ananias und Sapphira sich zuerst mit einem rechten Ernst zu dem Christenthum gewendet haben, weil in dem Anfang ein grosser Entschluß dazu gehörte, wenn einer ein Christ werden wolle; so kann auch gar wohl sein, daß sie auf Petri Bestrafung ihre Sünde noch herzlich bereuet haben, und also gerichtet worden sind am Fleisch, ihr Geist aber noch errettet und selig worden ist. Cor.V, 5. Cap.XI, 32. 1 Petr.IV, 6. cf. b. GERHARDI adnott. posth. in Acta p. 143 et b. SELB. SCHMIDII Comment. in 1 Sam.IV, 18.

Iud fuerit? Scriptura iterum silet; hinc etiam omnis labor ac sudor, vt sit maximus, est frustraneus. Plures adducere tales quaestiones merito supercedemus, quum vnicuique ex adlatis satis colligere licet, necessariam plane et viilem esse in quaestionibus difficultioribus modestiam.

## §. XXIII.

5) *vbi res pri-  
sciae definian-  
tur.*

Modestia quoque exegetica tunc Interpreti maxime est necessaria, *vbi priscarum rerum singularia momenta difficultatem ha-  
bent.* Memores enim semper esse debemus illorum verborum, quae 1. Paral. IV. 22. leguntur: **וְתִקְרֹבָה עַתִּיקָה** res (sunt) *antiquae.* Quot enim, quae, res et facta nobis referuntur, quae pro fundamento habent ritus quosdam antiquos, qui vero ad nos non peruenient; quas proinde res et facta ob horum rituum ignorantiam introspicere et certo explicare nequaquam possumus? Olim quidem istae res potuerunt fuisse planissimae, ita quidem, ut omnes eas intelligere et de his iudicare nullo labore quieverint; ast vero nos, vtpote fundamento earum destitutos, plane latent, suntque nobis teclae et manent. Si igitur Interpreti tales obvenerint, melius est, si ignorantiam in illis determinandis modeste fateatur, quam vt talia proponat, quae leuisimo nituntur fundamento, atque hinc eo facilius ab aliis euentuntur.

## §. XXIV.

6) *vbi singu-  
lariae voces fi-  
gillatim con-  
siderantur.*

Nemo insuper inficias iuerit, tunc quoque modestiae exegetice praecipue locum esse, *si singulare voces figillatim consideran-  
tur.* Saepius enim vnu venire solet, vt cognitio nostra, vt vt alias sit distincta, in considerandis et distinguendis vocibus singulis nos destituat, neque eo penetrare valeat, vt omnia et singula acu tangere nobis sit possibile. In tali casu, si in S. S. explanandis nobis obvenerit, modestiam quisque coram monstret necesse est, vt de singulis vocibus determinandis et applicandis non nimium sit sollicitus, leque sine necessitate maceret. Boni namque tunc Interpretis est, vt pro lucro hoc iam reputet, si rem ipsam, de qua agitur, et cuius sensum genuinum indagare studet, studio attigerit suo, vt vt deinde exactam et plenariam singularium vocum rationem earumque deter-

determinatum significatum reddere et adserere nequaquam valeat. Talia loca in sacris paginis occurunt sat multa, quorum quidem sensum generaliorem adsequimur; specialem vero illorum determinationem, qua singulas voces, mittere cogimur. Si itaque consideremus verba PAVILLI Eph. III, 18. quibus fideles ex paterni amoris affectu precatur et adhortantur, ut verum CHRISTI amorem magis et magis perpendant, et sibi ita adiplicant, ut in illo amore de die in diem perfectiori modo fundentur; hanc illis rationem subnecit, ut comprehendere ac cognoscere valeant, una cum sanctis omnibus, *τὸν ἀέρα καὶ ὕδωρ, καὶ βόλος καὶ ὑψος, κανανα (sic) latitudo et longitudo, et profunditas et altitudo (amoris scil. Christi):* tunc quidem generaliora hic probe perspicimus; enim vero specialissimum verborum sensum attingere vix valemus. Quod si ergo quis specialiora determinare auderet; modeste hic fane illi esset agendum. Sufficere enim vincireque veritatis studio omni potest, si locus hic componatur cum similibus IOBI verbis Cap. XI, 8. 9. *Sapientia DEI excelsior est caelo, profundior inferno, longior terra, latior mari.* Hinc etiam quiuis inde condiscere poterit, proverbialem hanc esse dictiōnēm, eaque dubio procul significari immensam et infinitam plane rei cuiuspiam magnitudinem (\*). Plura qui a nobis desideret, et determinationa qui postuleret, eo simul ipso significabit, sibi maioris momenti et melioris vias et fructus esse incerta et dubia, quam vera et certa; utpote non perpendens, D E V M id propter suam nobis renelasse voluntatem, non ut oratoria verba illi adstringamus, sed potius ut cognoscere valeamus, infinitum esse et maximum suum erga nos miseros, utpote nil tale meritos, in CHRISTO redemptore nostro amorem. Hoc quod scil. singularium vocum significationem determinare praeceps non valeamus, in multis adhuc S. S. locis obtinet. Cum prīnis autem proprium hoc est *Canticum Cantorum Salomonis.* Hoc quidem, quo readat, generatim magno studio adsequimur: ast vero specialissimas textuum

vocum-

(\*) Hoc etiam obseruauit CEL. D. CHRISTOPH AVG. HEYMANVS in dissertatione, cui titulus: *de Christi amoris erga homines immensurabilitate;* §. 7. addens simul: *Non est itaque quod folliculi sumus de significatiōnē exponenda sacra hac mathematica, quam vocat GLASSIUS in Philologia sua sacra p. 1612.*

volumque explicationes et applicationes temere quis et satis audacter tentuerit. Contenti simus oportet, omnia in eo contenta eo tamquam ad primum principium redigenda esse, ut partim CHRISTVS, tamquam sponsus, tenerrimum suum amorem et gratiosam praesentiam sponsae declarat; partim ut sponsa excitetur vnice ad CHRISTVM tanquam ad ultimum et optimum suum refugium et asylum tendere, atque sic ad veram animi quietem peruenire.

## §. XXV.

Circa hanc autem materiam de modestia Interpreti necessaria, probe porro obseruandum est, vnu quandoque alicui venire posse, et auctu sic evenire, ut caussae rerum et factorum sint inuestigandae tunc hoc ex ase tenuendum est, nos nequaquam decere, ut caussas rerum et factorum singulatus ex nostro ipsorum cerebro, in primis vbi critica modestia opus est; illasque pro veris caussis venditemus. Hoc enim non esset verbum diuinum explicare, et veritatem illius adstruere, sed potius illud in quemcumque sensum vertere, et plane deprauare. Hinc caute omnino in caussis adserendis procedamus. Hac in parte Rabbini plerunque modum omnem excedunt, ita, ut non Scripturas scrutari, sed potius in illis fabulari profus videantur. Sic r. SALOMO ISAACIDES, quum ad Esa. XXXVII, 38. vbi interfectio Sanheribi recensetur, illius caussam inquirere et lectio: שָׁמֵר אֶת חַצִּיל אֹוֹז שְׁלָא זְהֻרָנֵשׁ בְּנֵי נְלָבָנָה שְׁהָבָאֵת כִּי נְקָרֵב שְׁנֵי Siquidem dixerat (Sanherib): si eripueris me, (o Niroche), ut ne interficiant me ciues regni mei, quorum filios illuc (in Iudeam) duxi, offram duos filiorum meorum coram te. Insurrexerunt igitur et interficerunt eum (filii). Eamdem tibiam in eadem re et caussa illius inquirenda inflat r. DAVID KIMCHI, cuius verba ad 2 Reg. XIX, 37. huius sunt tenoris: בָּאֲגֹדָה סְנַחְרִיב: שְׁלָא אֶת חַכְמֵי כָּאשֶׁר הָתַתְּךָ הַמֶּלֶךְ מְחַנְּחָה מֵהָ זְכָתָ שְׁל אָוֹתָה זוּ שְׁאַלְיוֹתָהּ נְלָמָת לְחַבְּתָ אָמָר לוּ אַבְרָהָם אֶבְוֹתָהּ חַעֲלָה אֶת בְּנֵי שְׁלָה אָמָר אָז אֲנִי עַלְחָה אֶת שְׁנֵי בְּנֵי לְאַלְהִי כְּשַׁשְׁמֵשׁ בְּנֵי הַכּוֹחַ בְּחַרְבָּה בְּעוֹד שְׁהָהָ מְשֻׁתָּחוֹת Eft iucunda Rabbinorum nostrorum narratio: Sanherib interrogavit sapientes suos post excisum ab angelo exercitum eius, quodnam effet

7) ubi caussae  
rerum et fa-  
ctorum inue-  
stigantur.

esset meritum genitii illius (Iudaicæ), quod Deus illerum pugnauisset pro illis? Responderunt ei, quod Abrahamus, pater illorum, obtulisset filium suum in holocaustum. Dixit igitur: Etiam ego offeram duos filiorum meorum Deo meo. Quid quin audiuisserint filii eius, percutserunt eum gladio, dum adhuc esset adorans. Satis audacter uterque in proponenda causa procedit. Tacent Scriptores sacri, qui hac de re referunt: sed illi, quod cerebrum ipsorum effinxit, temere protrudunt; nec ut probabile tantum prôponunt, sed tamquam certissimam veritatem alii obtrudere conantur. Ne ergo et nobis tale quid obueniat, semper caute et modeste nobis erit versandum: et si causam aliquam prôponere studemus; tunc vigilandum uniuicuique erit, ut illam, ut possibilem saltem, non vero ut certissimam alteri propinquem. Cum primis autem modestia necessaria interpreti est, vbi crisi adplicare contendit. Secus enim si fieret, statim id quoque inde evenerit, ut verba quedam faci textus, quae genuina tamen sunt, censoria sua dispungaret et penitus eliminaret virgula (\*). Operac hic omnino preium est, ut referamus adsensu dignissima WOLFI verba, quae in Praef. Curar. T. III. habet: Numquam equidem, inquit, ita statui, quod in locis codicis sacri exponendis nullus prouersus locus conjecturis pateat. Sunt quaedam δυσνόηται; sunt, in argumentis inprimis historicis et antiquariis, quaedam non satis ad liquidum perduta. In his doctrinae et ingenii vires periclitari non solum integrum cuique esse velim, sed et praecolorum laude que dignum arbitror. Nimia iraque et luxurians iure meritoque improbat crisi: simul tamen et id requiritur, ut certis se quiuis continetur limitibus (\*\*). Conferre hic neminem pigebit c. A. HEYMANNI diff. de exegesi historica S. S. §. 33.

## D

## §. XXVI.

(\*) v. I. C. WOLFIUM in curis philol. ad. Aq, II, 30. p. 1038.

(\*\*) Adcommodari in rem praesentem potest Prov. XXV, 2. כְּבָר בְּנֵי הַמִּזְבֵּחַ, in primis ex interpretatione COGELI: Gloriosum Deo est regere verbum, i.e. recte loqui, ut opus sit scrutatione. Quamvis in textu illo de S. S. proprie non sit sermo.

## DISSERTATIO

## §. XXVI.

2) *vbi definitur liberorum sacrorum Scriptores, qui anonymi sunt.* Necessaria denique bono Interpreti modestia exegética est, quum eo peruererit, *ut definiat librorum sacrorum Scriptores, qui anonymi sunt.* Facillima hic est errandi via, et omni quis opus habet circumspetione, ne in illis determinandis nimium ipsi placeant conjecturae suae. Eo ipso enim, quod nomen scriptorum illorum nobis non innoverit, probabiliter saltim eos definiamus, quia conjecturis modo eos detegere conamur. Nec enim opus est praeceſe, ut certo semper sciamus auctores librorum sacrorum secundarios, siquidem auctoritas canonica ab iis non dependet. Sufficiat nobis certo scire, auctorem illorum primarium esse ipsum D E V M infallibilem. Sic modo modellissimo b. SEBAST. SCHMIDIVS fennit, quum in adnott. ad Cap. I, t. libri RVTH de auctore illius secundario verba facit: *De auctore secundario, inquit, huius libelli certi quid non habetur; immo nec haberet potest. De variis quidem variorum conjectura est: sed quae incertiorē lectorem tantum dimitit.* Et paucis interieſtis, *In quantum quidem, pergit, conjecturae licet; existimauerim, probabilitissimam conjecturam fore, si dicatur, eundem huius libelli, qui etiam libri Iudicium, auctorem esse: ita, ut quem ad modum historia de Michae et tribu Danis, nec non historia de bello Gibeonitico eiusque causa, sic baec quoque de RVTH historia quaedam libri Iudicum quasi adpendix sit: nisi quod ille de Michae idolo et interitu Gibeae historiae pars quaedam ipsis libri Iudicium factae sunt; huic vero de RVTH enarrationi, tamquam proxiori, peculiari libellus datus est.* Hic b. vi sententiam quidem suam de auctore libri RVTH protulit; ast cum omni modestia, ita quidem, ut cuique liberum suum maneat iudicium. Sic et nobis incumbit, vt, quotiescumque de auctore huius vel illius libri sacri sermonem instituimus, semper omnem adhibeamus modestiam, eo quod certis plane defituamur criteriis. Ceterum HIERONYMI quoque laudabilis omnino modestia ex his verbis satis elucet, quae leguntur in praefat. Comm. in Abdiā: *Per vetera vestigia rursum ingrediār, emendans si fieri potest curuos apices litterarum. Infans eram, nec dum scribere noueram: titubabat manus, tremebant articuli. Nunc, ut nihil aliud proficerim, saltim Socraticum illud habeo, scio, quod nescio. Dicit et Tullius tuus, adolescentulo sibi inchoata.*

obvata quedam et raudia extidisse. Si hoc ille tam de libris ad Hennium, quam de Rhetoricis, quos ego vel perfectissimos puto, ad comparisonem senilis peritiae dicere potuit: quanto magis ego libere profluebor, et illud suisse puerilis ingenii; et hoc maturae senectutis? Haec de necessitate modestiae exegeticae adduxisse sufficiat.

## §. XXVII.

Necessitate multis nunc momentis adserita peruenimus nunc ad id, quod porro modestia a bonae fidei Interpretate omni requirit modo; videlicet conuenit quoque illi, ut pertinax minime sit in defendenda cogitationis et adseritis suis, si nimisrum falsitas eorum aut insufficiencia saltim ab aliis argumentis rite deductis fuerit ostensa. Fieri namque facile omnino potest, et saepius quoque accidit, ut, si nimis nobis nostrisque viribus confidimus, sensum vel sacrae Scripturae plane contrarium, etiam citra nostram opinionem, adferamus, vel ad minimum non satis dilucide mentem nostram expliceamus et determininemus omnibus suis circumstantiis. Homines enim sumus; hinc quoque humani nihil a nobis alienum putemus. Accedit et hoc, nimiam saepe de doctrina sua et perspicaci ingenio opinionem multos saepe eo adigere, ut re vera erroris se immunes esse credant. At vero quam cito tales tunc in praecipitia ruunt! id quod experientia iam diu nos edocuit. Quem ad modum autem errare humanum est: ita oninimo Interpretem sacrarum litterarum decet non tantum, sed etiam obligatus multis modis est, ut errore suo, siue determinato ex consilio, siue ex oscitania fuerit admissus, ostendo, in meliori adquiescat sententia. Tantum namque abest, ut hoc tale Interpreti bono fuerit dedecori, ut potius laudandus sit veritatis amans illius animus. Oculi enim plus vident, quam oculi, ut in proverbio dicere solent. Et quis Interpretem, correctionem sanam et ex bona mente fluentem admisurum, ideo contemnet et risu exciperet? Nemo sane mentis eiusmodi quid admiserit. Quod enim huic accidit, ab hoc et alii non sunt liberi. Insuper quoque ipsa hunc benignum erga veritatem animum nobis iniungit sacra Scriptura. Sic enim legimus Prov. XXX, 32. בְּנֵבֶל כִּי־בְּהַתְּשָׁא וְבְּמַזְמֹות דְּלָמָד, Si stulte egeris, inquit, efferendo te ipsum; et si (alium) cogitaueris: manum ori (impone). IOB VS praeter ea ipse nobis hac in re suo praeiuit exemplo. Ille enim,

**VII.** Non per  
tinacem esse  
in suis defen-  
dendis placi-  
tis.

quum D E V S ipsi singulari quodam modo adparuisset; illique erores commissos et adapplicationes peruersas proposuisset, adeoque argumentis maxime strigentibus conuicisset, non modo non negavit, sed supplex etiam fuit deprecatus. Sic enim se illius habent verba: *הַנְּקָלָתִים מֵהַאֲשָׁבָד גַּדְעֹן שָׁמָחַ לְמִזְבֵּחַ וְלֹא אָמַגְתִּים וְלֹא יִשְׁחַרְתִּים?* *Ecce leuis fui, quid respondebo tibi? Manum meam ponam super os meum: si nol loquutus sum, sed non respondebo; et secunda vice, sed non addam,* Cap. XL, 4. 5. Faciles igitur et nos finis omnia lubentes admittere, quae ad nostram ipforum emendationem conserre quid possunt.

## §. XXVIII.

VII. In verbis  
S. S. claris  
sensum aliorum  
non esse  
detorquentium.

Modestia quoque exegetica ad id nos obligat, ut in verbis S. S. planis sensum aliorum non detorquentur, etiam illae difficultates, quae forsitan sepe offerunt, remoueri possent. Valet namque et hic, quod alias in scholis hermeneutici dici et iniungi confuevit, a littera plana et determinata non esse recedendum, nisi id suadeat et virgeat summa necessitas. Si itaque verba, prout iacent, sensum planum et sanum omnino habent, ad quid valeret illorum diceratio? Nulla sane est et sicut vix quam veritas, quae ab aliis non fuit obiectioribus adpetita. Accedit, ut saepius illae difficultates fuerint austiae et cumulatae, quae tamen, si adecuratius examinentur, nullus sunt ponderis, ita, ut earum causa ipsa littera sit deserenda. Melius proinde est verbis planis insister, quam temere ea mutilare. Sic clarissima sane sunt verba C H R I S T I I o. II, 14. vbi serpente aeneum typum Messiae fuisse expresse adserit. Multi tamen difficultates sine necessitate necunt, inter quas praecipua est, quod serpens ille emblemata diaboli fuerit, adeoque nefas omnino sit, eumdein cum C H R I S T O comparare. Sed friuola omnino est haecce adserio et obiectio. Potest namque vna eademque voce comparatio inter res diuersas institui, sed modo et ratione plane diuersa. Sic in sacris paginis C H R I S T V S vocatur leo; quod nomen ipsi etiam diabolo tribuitur: quis autem inde concludere vellet, vna ratione haec talia efferriri, quum ipsa etiam S. S. diuersa id ratione indicet et explicet? Hoc etiam et hic valet. Nulla igitur, teste WOLFGO (\*), est illis cedendi hic necessitas, ut potius

(\*) in cur. philol. ad h. l. Vide etiam, sis, D E Y L I N G I V M in obs. Sacr. P. II. p. 169. TRILLER. in der Untersuchung etlicher Oerter N. T. p. 45. sq.

*in tam diserta adfimatione securissime adquiescere possumus, si vel  
wille adserri possent difficultates, quas paucissimas hic nonnulli ne-  
hant. Tunc enim foret, ignorantiam in illis soluendis aperce pro-  
feriri, quam de verbis CHRISTI tam claris aliorum detorquendis  
temerariam operam suscipere. Et omnino multo conuenientius ho-  
mini, qui CHRISTO nomen dedit, est, ut Doctori suo, qui  
veritas ipsa est, credat, quam ut inanes sibi et futilis imprimat dif-  
ficultates. Commodo autem Saluatorem cum isto serpente com-  
parari posse, praeter alias ostenderunt BOCHARTVS P. II. Hieroz.  
L. II. c. 13. WITSIVS in Oeconom. Foeder. L. IV. c. 10. HVENTIVS  
in Demonstr. euang. p. 1153. et alii plures. Caeamus hinc nobis  
maxime, ne nostra diuinis praeferaimus, sed potius fide simplici  
vnivero DEO in verbo suo nobiscum loquenti credamus.*

## §. XXIX.

Modeste insuper nobis versandum erit, si definire insituimus particularium quorumdam phaenomenorum caussas. Quo rariores enim eiusmodi casus sunt, eo cautores quoque sumus in caussis illorum indagandis. Inprimis si nullum earum caussarum vestigium in ipsis litteris diuinis deprehendamus. Tunc sane ab inquisitione caussarum illarum omnino desistamus oportet; aut saltim omnes nostrae adsertiones ut mere conjecturae sunt venditandae et propone ndae. Si enim omnia exacte digestissimas et inquisiuimus, nihil tamen vterius nobis relinquitur, quam possibile esse, hanc vel illam huius vel illius rei existuisse caussam. Qui plura adserit, aut gannit, aut saltim fragmentis suis superbit. Sic si quis caussam eamque certam indagare vellet, cur in Psalmo CXLV, qui alias est Psalmus alphabeticus, littera *Nun* fuerit omissa? illi certe nihil magis adferre licet, quam ut rem conieclurando adsequi conetur; si plura dare et pro certo quid adfirmare ausus fuerit, modestiam omnem excedit, et nullius ad sensum meretur. Tacet enim Scriptura; tacent scriptores facii coaevi: hinc et nostrum erit, ut de caussis earum rerum vel plane raseamus, aut ad minimum non plus nostris tribuamus coniecturis, quam par est.

## §. XXX.

Saepius insuper Interpreti accidit, ut omni cura sua et indu-  
stria exhibita, obscura tamen semper maneat et difficilis plenarii va-  
pheijs si plenarij com-

## DISSERTATIO

plementum  
determinari  
nequit, non  
tamen statim  
res ipsa abii-  
cienda.

ticiniorum complementi determinatio. Hinc in tali casu hoc probe Interpreti tenendum erit, videlicet ad modestiam exegeticam spectare et hoc, ut, si in prophetis historicis complementum plenarium dígito statim commonstrarí nequit, rem ipsam non abiiciamus protinus, sed potius infirmitatis nostrae probe menses sinus, et Domino omnimodum verbi sui complementum committamus. Reminiscamur enim illius Apostoli dicti ad Hebr. II, 8. υἱὸν δὲ, inquit, ἔπειτα ὁ γένους αὐτῷ τὸ πάντα ὑποτεταρτόν, nunc autem nondum videntes omnia in uniuersum esse ipsi subordinata. Hic ipse Apostolus fatetur, se in praefenti, ut et alios fideles, plenaria penetrare non posse, quomodo scilicet omnia CHRISTO subiiciantur; sed non ita fore in perpetuum. Contenti ergo omnimode simus, quod cum eodem Apostolo possimus libere eloqui, v. 9. τὸν δὲ βασικὸν τὸ περιγένετον ἡλεκτωμένον βλέποντες Ιησοῦν, διὰ τὸ παθήμα τὸ δανάριον, δέξαντες τοῦτο ἐσφυγόμενον, illum, qui per breve temporis spatiū minor fuit angelis, videntes Iesum, per passionem mortis, gloria et honore coronatum. Quem ad modum enim medicorum filii in difficilioribus morborum adspeciebus non statim desperant, sed potius omnia felici futuro euentu relinquunt; ita et nos cum primis decet, ut rem, licet paulo difficulterem, non penitus denegemus, sed sedato potius et tranquillo animo ipsum euentum expessemus felicissimum, ut pote qui omnia clariori luci exponet. Varet et heic tritum illud: *Quod differtur, non auffertur.*

## §. XXXI.

**X. Exempla modestiae exegeticarum exhibere. S. S.**

Nec desunt nobis in ipsis sacris litteris exempla, ex quibus modestia exegética elucet. Ex his ante omnia in scenam producendus erit uniuersus coetus Israëliticus. Licet enim ab ipso benigno NVMINE publica lege sabbathica poena capitalis generatim transgressoribus indicta fuisset, secundum illud Exod. XXXV, 2. כִּי־הַנְשָׁתָה בְּרֵית־יְהוָה בְּרֵית־יְהוָה, *Quicumque facturus est in illo opus, occidetur;* licet praeter ea doctores Thalmudici temere satis confinxerint regulam, strangulationem intelligi, ubicumque vel שְׁמַת יְהוָה in sacra Scriptura dicatur: tamen ea modestia ille coetus usus fuit, ut non statim violatorem Sabbathi poena quacumque capitali adficerit, sed potius illum posuerit in custodia, uti Num. XV, 34. habetur: כִּי לَا פְּרַשׂ מִזְּבָחָה לוֹ eo quod nondum

nondum expositum fuisset, quid faciendum sit illi (\*). Deinde et IOSEPHVS hac in re eximio suo nobis praeiuit exemplo. Hic namque, quem ab ipso interpretatio somniorum posceretur, DEO, soli infallibili, non insirmis humanis viribus, viorum diuinorum explicationem et omnimodam enucleationem tribuit. Audiamus modo ipsa eius ad ministros regis Pharaonis verba, Gen. XL, 8. בְּשֻׁרְיוֹן אֱלֹהִים יָעַבְדֵם פְּרָנֶסֶת לְאֱלֹהִים דָּלוֹת Nonne, inquit, DEO interpretationes propriæ conuenient? Idem ad Pharaonem, qui et ipse ex IOSEPHO talia quaerebat, libere dixit: נֹמֵן נְאָזְנָתָךְ אֲצַלְוָתָךְ וְרָעָתָךְ Non meum (est hoc. Enim uero) DEVIS respondebit pacem Pharaonis, Gen. XLI, 16. DANIEL porro, qui licet donis Spiritus sancti instruatus esset uberrimus, magnaue sua sapientia ubique sere locorum inclaruisset, tamen nihil sibi arroganter vindicauit, multo minus insignioribus illis donis diuinis superbiit, sed omnia potius singulari diuinæ gratiae tribuit. Hinc etiam regem Nebucadnezarem, qui aliquando somniabat, et id propter turbatus valde erat, DANIEL roganuit, ut ad somniorum revelationem et explicationem tempus quoddam ipsi concederet. Quumque DEVIS illi haec gratiæ fecisset nota, aperte apud regem fuit professus DANIEL: רַא דַי מֶלֶכָא שָׁאֵל לְאַחֲרֵי חַרְטָמֵן גָּרוּן יִכְלִין לְהַחֲווֹת לְמֶלֶכָא: בְּרַת אֱחָתָה בְּשָׁמָא גָּלָא רַזְן וְהַדְעָה לְמֶלֶכָא נְבוֹכְרָנְפָר מַה דַי לְהֹא Arcanum, quod rex petit, non sapientes, divinatores, astrologi, decisores possunt indicare regi. Verum est DEVIS in coelis, reuelans arcana, qui etiam norum facit regi Nebucadnezari, quid futurum sit in postremis diebus. MOSES praeter ea prodeat ut illustre modestiae exegeticae exemplum, de quo Exod. IV, 6. dicitur: וַיֹּסַח מֹשֶׁה פָנָיו כִּי יְרָא מְהֻבִיט ahscundisse illum faciem suam, eo quod timuerit adspicere DEVIM. MOSES proinde ad instar Cherubinorum se exhibuit, utpote qui etiam faciesbus teclis super arcam erant positi. De his autem mox erit dicendi locus. Nec non DAVID ipse suo exemplo nobis monstrat, in explanandis eloquii diuinis semper nobis agendum esse modeste, et reverentiam NVMINIS semper ante

(\*) Conferri hic omnino meretur maxime reuer. Da. Praefidis diff. de Poenis capitalibus §. XI, XII.

ante oculos habendam, nihilque sibi ipsi confidendum. Sic enim ille precatur Psalm. C XIX, 18. גָּל שְׁנִי וְאֶבְיוֹתָה נְפָלָתָה מִתְּרוֹתָךְ Aperi oculos meos, ut perficere valeam mirabilis legis tuae. Eunuchus denique reginae Candaces idem nobis monstrat, utpote qui probe infirmitatis suae conscientius, quem a PHILIPPO, CHRISTI apostolo, Act. VIII, 30. 31. interrogatus esset: εἰδέγει γυναικεῖς, ἐάν διαγνώσκεις; Intelligisne igitur, quae legis? respondit: πῶς γέλε ἀν διαγνώσκω, ἐάν μή τις οὐδέποτε με; Quonodo quaeſo passim, si nullus mibi viam monstrauerit? Ex hisce fane exemplis cognoscere nobis liceat, nobis omnibus conuenire modis, ut modeste et reuerenter de verbo sentiamus diuino.

## §. XXXII.

XI. Nec non symbola mod. exeg. exflare. Restat adhuc, ut paucis quoque attingamus *symbola modestiae exegeticæ*. Inter haec ante omnia referimus *Cherubines*, utpote qui non sine ratione supernis alijs suas texisse facies leguntur, Isa. VI, 2. conf. Apoc. IV, 8. Quae autem ratio subesse alia eius rei poterit, quam ut nobis significetur, vt spiritus purissimi omni reverentia ad D E V M accedunt, et verbum eius submisse venerantur, ita et nos decere, ut maxima semper cura et modestia ad translationem verbi accedamus diuini, DEIque maiestatem submissio cultu veneremur. Idem quoque notant *quatuor animantia*, eosdem Cherubinos representantia in corru EZECHIELIS, quae stabant subter expansum, cui Filius DEI insederat, Ezeeb. I, 6. Et quare haec animantia non sex alii, vt Cherubini, representantur? Hoc fortasse ideo fit, quia facies eorum iam iam erant ab expanso illo tectae; adeoque vberiori non indigebant tegumento. Quid porro nuditate pedum in calcando loco sancto, quam ipse D E V S olim Mosi et Iosuae imperauerat, aliud designari videtur, quam in rebus præcipue diuinis non temere nobis esse procedendum, sed maximam semper reverentiam adhibendam? conf. Exod. III, 5. Ios. V, 15. Eodem vergit quoque *cessio humi* post acceptam a DEO revelationem, qualis DAVIDI tribuitur II. Sam. VII, 18. Hic enim, quum multa felicia etiam post obitum fata eidem per NATHANEM ex revelatione diuina adjunctiata essent, *sedisse coram Domino dicitur*, humiliusque D E V M fuisse veneratum animi submissione. Et quis tandem iure poterit ire inficias, ritum quoque istum synagogicum

gogicum apud Iudeos consuetum, obuelandi scilicet *caput* inter legendum codicem sacrum, adhibito טליתׁ seu *velo*, tum reuerentiae cum modestiae causa erga verbum diuinum fuisse introducendum? Nec obstar nobis, si quis obiiceret verba PAVLLI 2 Cor. III, 18. Ήμεῖς πάντες ἀνακαλυμμένοι προσώπῳ τῷ δέξαν Κυρίου κατονθήσομενοι, οὐ τοις. nos omnes reuelata facie gloriam Domini introspicientes, etc. Quilibet enim facile intelliget, non esse sermonem PAVLLO de imperfectionis sensu, vt pote quem ipse liberum adserit 1Cor. XIII, 9. sed eum haecce verba opponere τῇ πωγότει τῇ ψοὸς obdurbationi mentis, cuius quippe in antecedentibus mentionem fecerat. Ritum autem obuelandi caput apud Iudeos modestiae causa valere, exinde quoque confirmari poterit, quod iisdem faciem retegere erga legem vel in lege est immodeste se erga legem gerere. Sic CALVOERIVS in Gloria Mosis diff. II. p. 61. hanc loquutionem ABARBANELI solemnum adserit: חנוך קמו בְּנֵי בְּלִיעָלָתְּ קַדְשָׁה שְׁלָא כְּתָבָה Ecce surrexerunt viri Belialis, qui RETEXERVNT FACIES, QVOD NON EST SECUNDVM MODVM PRAESRIPTVM. Sic et MAIMONIDES, quem WOLFIUS in Cur. ad 2 Cor. III, 13. adlegat, in More Neuochim L. III. c. 9. Lex data est, inquit, die nubilo, ad significandum velum, quod oculis nostris admitt propositum veri. Atque sic et nos vela dissertatione nostrae contrahamus, imbecillitatis quoque nostrae probe concit. Quod si tam insigni argumen- to, vt hoc est, non exesse satis videar fecisse, ex mente veritatis amante me iudicabis B. L. sin adprobatione tui digna visa quaedam fuerint, DEO ea vnice tribue, vt EI soli remaneat gloria.

F I N I S.



E

DOCTIS-

DOCTISSIMO  
HVIUS DISSERTATIONIS

A V C T O R I

S. P. D.

P R A E S E S.

**A**rgumentum, quod hac dissertatione Tua elaborandum sumfisi, ita comparatum est, ut et professor Tuus in exegesi sacra haud contemnendas prodat, et simul laudabilem animi Tui modestiam ob oculos lectoribus ponat. Etenim ex quo sacris operari coepisti studiis, primo in Ienensi, deinde vero in hac nostra academia, nihil Tibi prius, nihil antiquius fuit, quam ut, praeter praeparaamenta philosophica et mathematica, non solum dogmata sacra, merumque doctrinam reuelatam, et polemicam sacram, cum ecclesiastica historia, ex Docentium ore haurires; sed etiam in primis scrutandis litteris sacris, tum veteris tum noui foederis, me qualicunque ducere, dares Te totum: ratus id quod res est, Scripturam omnem diuinitus inspiratam, utilem esse ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus, 2 Tim. III; 10. Alter nempe animatus fuisti, quam sunt hodie multi illorum, qui in theologiae cultoribus nostris sua profitentur; utpote studium saecorum fontium vel prorsus negligentes, vel certe incuriosi tractantes: qui si non verbis et ore, tamen ipso opere haud

DODDI

haud obscure indicant, sibi alia omnia potius, quam tractationem oraculorum diuinorum, in necessariis reputari. Deinde vero, vel ipso ex usu et exercitio, didicisti, esse heic illic in diuinis Scripturis interpretandis, ubi scientia nostra vel deficit prorsus, vel saltē sit insufficiens, ut agnoscere necessarium habeamus, quod Apostolus ipse 1 Cor. XIII, 9. professus est, ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus; nec probosum interpreti censi debat, si quando vel ignorantiam suam, vel insufficientiam cognitionis fatur. Placet mihi acutissimi in Ebraicis exegetae, Aben-Ezrae, modestia, qua, viat mysterium illud lehouae trans-eunis coram Moysi, testantisque de Iehoua, Ex. XXXIV, 6. quod nobis saltē Christianis explicatu facilius, quam Iudeo est, assequi vel non potuerit, vel noluerit, tamen modestam satis in Commentario suo ad l. c. adposuerit glossam, Christianis ipsis exsculandam, Ne mireris, inquiens, quod Deus de Deo verba ista proclamauerit: כי הוּא לְבוֹן וַיֹּדַע וַיַּרְא וְזֶה רָבָר עַמָּךְ הוּא מֵאֶיךָ quoniam ille solus est sciens, et scientia, (Scientiae apud nos effector) et qui cognoscitur: et haec res profunda est valde. Perge igitur, doctissime Respondens, viae illi, quam ingressus es, ulterius insisterem, ut diligens quidem, sed et modestus litterarum sacrarum scrutator sis: fructum enim, quem per antecessum, cum specimine hoc Tuo, Tibi gratulor, habebis inde amplissimum, Tibique et Ecclesiae salutarem. Vale. Halae, d. I. Maii A. d<sup>o</sup> CCCLII.

E 2 PRAE.



**PRAE NOBILISSIMO  
ATQUE  
DOCTISSIMO CANDIDATO,  
DOMINO  
IOANNI PETRO HVZELSIEDERO,**  
**S. P. D.**  
**IOANN. AVGVSTVS MAJER,**  
**ARCHIDIAC. VLR. ET PAST. DIEMIZ.**

**E**x quo cardinem futurae Disputationis *TVAE* in modestia exegetica verti, *Ipsò TE* indice compertum habui, non potui non idemtidem redire in memoriam eorum, quae **AVGVSTINVS** olim **VOLVSIANO** scripsit (\*), *vbi, inter alia:* „Tanta est, inquit, christianarum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, si „eas solas ab ineunte pueritia usque ad decipitatum senectutem, ma- „ximo otio, summo studio, meliore ingenio, conarer addiscere.“  
Constat inter omnes, **AVGVSTINVM** ex Patribus quos vocant, quos-  
que latina tulit aetas, nemini secundum fuisse. Erat is a naturae do-  
bitibus et ab arte instruissimus, ingenio vasto, acri iudicio, studiis ad-  
fuetus, multo rerum viu pollens, in foro quoque, nedum in ciuitate  
christiana. Et iste Vir, at qui et quantus? iste Vir, transacto in

(\*) In Ep. III. Opp. T. II. f. 8. A. Edit. Bas. 1569.

literis ab ineunte aerate omnis vitae cursu, optime gnarus monumentorum veteris Latii, sue Rethores species, sue Philosophos, sue Poetas, sue Historicos, iste, inquam, Vir, non nisi in christianis literis eam comprehendit profunditatem, quae non tantum temporis fallen-  
di causa negotiorum faceret quois die, sed ad quotidianos profes-  
sus sufficeret, quid? quod abundare tantopere, ut se imparem iis  
foliis etiam cum omni sua supellechile literaria iudicauerit, etiamque  
reliquo omni labore iusso valere, omnem operam, mentem totam,  
studium denique omne in solas illas contulerit, factio ab incanabiliis  
discendi inicio, continuatoque progrediendi nisi, usque dum decrepi-  
ta senectus volenter porro desistuerit. Ruditus sit, oportet, qui in his  
dicendi modum exceperit sibi aliisque persuaserit **AVGVSTINVM.**  
Quin dixisse, quod res est, sponte sua fatebuntur, qui secum reputa-  
verint, experientiam ipsi magistrorum fuisse dialesarum Scripturae tun-  
qua reconditos eius sensus, tum qua vim virtutemque nunquam ex-  
hibuerendarum. Cum enim se errorum maeandros vitorumque diuer-  
ticula superasse non nisi Scriptura duce luceque gratus profiteatur (\*),  
facile hinc est ad iudicandam, cum studio eum mentem simul appli-  
cuuisse ad Scripturam, adeoque utri serio, ita vere protulisse, quae supra  
memorauimus. Utinam decimus quisque eorum, hodie qui sibi nomen  
a Theologia sumunt, **AVGVSTINVM** nobis referre affectu in chris-  
tianas literas vel in celato vel saltim inclinando! Arque ita omnino  
quidem agi cum illis oportebat. Quid enim Theologia, nisi Scrip-  
turam penitus perscrutandi inque tuos primum, deinceps in aliorum  
quoque usus convertendi alacre studium indefessumque? Videò au-  
tem plerosque, Sacris qui operari videntur, honori sibi ducere, si com-  
mendentur a triennio aut biennio in illis rebus exacto, quae suo mo-  
do ac tempore et debetvane Theologie et poterant famulari; alium  
vero esse silentium de Scripturae ne dicam penetralibus adeundis aut  
aditis, de liminibus saltim rite salutaris, quorsum omnino pertineret  
solidior linguarum tractatio cum reliquo philologicae literaturaē ad-  
paratu coniungenda. O quantum studium laetis progressibus commen-  
dabile, beatissimo exitu felix decurrentibz sibi viderent, ni mens ipsis  
effec-

(\*) Confess. L. VIII. c. II. 12.


est laeua. Stadiu non biennio, praecis etiam omnibus allotriis,  
ne tota vita absoluendum. O quam eum in AVGVSTINI verba es-  
sent iuraturi, ipsius enim vbi edocet, quantum vel solerissimo aequo ac  
constantissimo Scripturarum cultori deficietur sit ad plenam illarum  
et perfectam cognitionem. Tum vero quid sit modestia exegistica  
et quantae necessitatis sit, reapse essent intellecturi. TE, Candida-  
te doctissime, academico torrente non inuolutum abreptumque, qui  
contra euudem nisum ac melioribus consiliis morem gerentem et vidi  
adhuc et laetatus sum. Postquam enim lenae iam, Propadia qua-  
cunque haudquaque insuper habita, per integrum triennium stu-  
dii Theologiae prius sedulo vacavi, in Almam Fridericianam con-  
cedens his quoque duobus annis hoc esse TVVM credidisti, ut, Foede-  
ris virtusque tabulis sua lingua familiarius inspectis, reliquarum, qui-  
bus Theologia circumscriptitur, partium cognitionem TIBI reddeas  
audiorem solidoremque. Iuuabit, eredo, TE meminisse olim, quam  
viam TIBI cum familia mea in electionibus nostris hiemalibus pree-  
iverim, ubi, pertransita ad Titum Epistola pro Paradignate vhus  
commonstrauit primum: omnem Theologiam, quam Thericam, quam  
et Moralem vocitare amant, non esse nisi Syllogen quandam verita-  
tum S. S. ad suos quanque Locos referendorum. Deinceps: quantam  
lucem ex ipsis Scripturis iniuersa foeneretur Ecclesiae Historia, ra-  
diis hinc in Scripturas ipsas retro vibratis. Praeterea: ad Pole-  
micam felici aditu excludi quemlibet Scripturarum fundamentis car-  
rentem, aduersario autem cuius parem fore et superiorem quoque  
τὸν διαντὶς ἐν γραφῇ. Denique: in verbo veritatis in nutritum  
obuiis quoque casibus facile semper expediturum. Isthiu velim,  
quoad supereris, in istas vias, ratus immo consilus fore, ut rebus  
TVIS optime consultum ita sit, quas et TIBI et per TE Patri. e pre-  
cor esse maxime salutares. Vale! et damum aliquando redux meis  
verbis iube plurimum salutare, quos mibi necessitudine nosti iunctos,  
in primis Ill. Gymnesii vestri Rectorem, WEIHNMAIERVM, So-  
cerum meum, et meritis et sineclitate ad nonagenarium fere porreda  
venerabilem. Vale! Dab. Halae d. 28. Apr. MDCCCLX.



Fc 322







DISSE RATIO THEOLOGICA  
DE  
**MODESTIA EXEGETICA.**

QVAM  
SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS,  
PRAESIDE  
VIRO SVMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO,  
DOCTISSIMO,  
**D. CHRISTIANO BENEDICTO  
MICHAELIS,**  
THEOLOGIAE ET LINGVARVM GRAECAE ET ORIENTALIVM  
PROF. PVBL. ORDIN.  
FAVTORE ET PRAECEPTORE AETATEM COLENDO,  
A. D. III. MAII A. CIDIICCLV  
PVBLICE DEFENDET  
AVCTOR ET RESPONDENS  
**IOANNES PETRVS HVZELSIEDER,**  
VLMENSIS,  
S. S. THEOL. CVLTOR.

HALAE MAGDEBURGICAE  
LITTERIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

(5)